

Nf. 23.

Q. D. B. V.

DE

INCREMENTO

PONTIFICIAE RELIGIONIS

Post

REFORMATIONEM

&

EVANGELICAE VERITATIS NOSTRIS

MAXIME TEMPORIBVS FACTA PROPAGATIONE &
AVGMENTO, EIVSQUE IN MARCHIA FATIS

Lycci Salderiani, quod Palaco-Brandenburgi est,
nonnulli Ciues dicent

D. 17. Febr. horis ante & postmeridianis in Auditorio maiore,

Lyorum conatibus

vt beneuola Sua praesentia
faueant,

PATRONOS & AMICOS,

Officiose & perhumaniter rogat

VITAMque

SEPTIMI PRAESVLIS LUTHERANI

M. BARTHOL. CRVGERII,

breuiter exponit

IOANNES CASPARVS CARSTED,

V. D. M. & Rector.

BRANDENBURGI, Litteris GERNEMANNIANIS

45

R 191

an.



M Hieronymum Prunnerum sequitur M. BARTHOLOMAEVS CRVGERIVS: de quo si minus multa in medium proferre poterō, Lectores aequo animo ferent, non solum considerantes, quae disperfae partes atque distracta membra huius materiae reperiuntur, difficile colligi ab eo potuisse, qui variis scholae laboribus implicatus teneatur, atque subsecuias horas vindicare huic negotio ita voluerit, vt obeundas muneris partes nihilo deterius expleret; sed intelligentes etiam, fieri aliter nequire, quam vt multae lacunae relinquuntur, vbi scriptorum monumenta, quae hic maxime requiro, tacent.

§. 2. Parria eius FVRSTENVVALDA est, mediae huius Marchiae oppidum non plane obscurum: In quo cum primam vitae lucem adiisse legerem (a) PANCRATIVM CRVGERIVM, graecae linguae in Academia Francofurtensi Professorem & insignibus poeticis a Caesare h. c. laurea donatum, illorumque temporum, quibus noster vixit, aequalem; vel frater eius, vel cognatus fuisse probabiliter videbatur. Sed incidi posthaec in Clar. Ludouici Histor. Scholasticam, qui (b) hunc Celeb. Viri errorem detexit & *Finstervaldensem* Lusatum (non *Furstenwald.* in quibus nominibus labi perfacile est) multis testimoniis ostendit eiusque vitam plene & plane descripsit.

§. 3. At-

(a) Vid. V Vitte in Diar. Biograph. Part. II. sub Ann. 1614. & ex hoc Menken, in Lex. (b) Part. V. p. 321. seqq.



§. 3. Atque in hac ille Patria sua primum suscepit munus publicum & Rectorem egit; deinde, ex Petri Conouii testimonio, (c) Francofurtum ad Viadrum vocatus est, vt Diaconi & Rectoris partibus ibi fungeretur. De priore nos dubitare propria confessio atque alia documenta non sinunt. Nam quando M. IOACHIMO GARCAEO (d) Brandenb. March. (cui Pancr. Crugerius in Prof. Gr. L. successus est) summum in Theologia gradum, quem adeptus est 1593. eleganti carmine graeco gratulatur, scribit se *Ludi Fürsternwaldensium Moderatorem*. Et in funebri concione, quam M. VALENT. FROMME, Pastor & Superint. nouae vrbs, Avo focerit mei beate defuncti, MARTINO STRAHLIO, Pastori in *Krahn* 1631. habuit typisque submisit, in curriculo vitae haec exstant: *Es hat, sich aber*

(c) Im Neuendorff. Kirchen-Buche.

(d) T. I. Schol. in Biblioth. Godhard. n. 33. Hic est ille Garcaeus, qui Patre vsus est D. Ioanne Garcaeo, nouae vrbs Superintend. quem Auctor Obl. Miscell. T. II. dum summam libri ab eo conscripti exhibet, ignorare se profitetur, quis tu-erit. In eius decantandis laudibus multi sunt amici. Placet ex tanta copia vnum atque alterum encomium excerpere ad vitam ipsius pleniorum reddendam. Syndicus nouae vrbs, *Iannes Florinus*, haec habet:

- Garcaea domus meruit sua muna laudum
Quando DEO & sacris facundos vna ministros
Tres tulit: hi Christum semper felicibus ausis
Confessi, liugisque sacris & apollinis arte
Instruxere alios, studiis meritique coronam.
Albis testis Auo: maior sed Patria Patri
Testis erit, memori cuius monumenta reseruat
Mente, simul sacris vox personar vsque cathedris
Cuius iudicium Alpinus Rex postulat ante

Asiro-

aber sein Herr Vetter M. Bartholomaeus Crugerus, da-
mals Rector der Schulen zu Fürstenwalde/ welcher nach
der Zeit Pfarrer und Superintendens in der Alten
Stadt Brandenburg worden ist/ treulich seiner ange-
nommen set. & deinceps eius iterum cum laude men-
tionem facit.

Posterius autem difficultate non caret. Adscriptis
illud Petrus Conouius, vti supra dixi, qui quidem pro-
ximus ab eo Superintendens fuit adeoque comperta
eius fata habere potuit; sed quia primam eius stationem
omisit & illius tamen tamquam Diaconi quondam &
Rectoris Francofurtensis meminit: nescio sane, an erra-
uerit

*Astronomos alios, cum gentis regna petebat
Sarmatiae, studium compensans munere largo.
Adde Duces magnos, ad publica munera verbi
Hunc petiisse sacri.*

*Cetera non memoranda reor: notissima facta
Publica scripta notant, quae Tempa, Lycea bearrant,
Eloquiumque probant, virturis & inclita facta.*

*Michael Idenius, Consul nouae vrbs, ira
ex ceteris in eum:*

*Quatuor adde annos bis sunt duo lustra peracta,
Quando Parens summum coepit habere gradum.
Vir fuit egregiae laudis, virtutibus auctus,
Ingenii Praestans pectotis atque bonis.
Vltima non laus est, summas florere per aulas
Principibusque piis complacuisse viris.
Iulius hunc Princeps, hunc Ianus Marchio Princeps
Pasceret vt Christi fidus ouile Dei,
Posthabitis aliis clementi mente vocarunt
Iungentes dexteras ore fauente manus.*

Prae-

uerit non animus dicam, sed manus, Francofurtum pro
Furstenvalda ponendo atque alia cum aliis confun-
dendo. Ita nimirum inquit: *M. Barthol. Crugerius, Diaconus
olim & Rector oppidanæ Francofurtensis Rector*, geminans Recto-
ris vocem atque ancipitem curam de reliquis, an atten-
ta mente scripta sint, adferens.

§. 4.

Præterea Procures & nobilitare virentes,
Est ubi *Parthenopes* splendida & alta domus,
Qui simul hunc studio magnoque labore requirunt,
Spectantes veræ religionis opus.

Vilhelmus Actius, Schol. Guben. Reß.

Leucoris excoluit iuuenem (Ioannem Garcaeum) studiisque Melanchthon
Erudit docti prætus & ossa viri.
Nec viua modo voce fuit sacra verba professus,
Scripta sed Aonio tincta liquore dedit.
His quoque nunc fruitor pubes, quæ sidera lustrans
Actius Vranies exserit ante caput.
Qui fuerit candor, quæ daedala gratia linguae,
Quæ morum grauitas integritasque Viri,
Ingenii monumenta docent. dignissima cedro,
Quæ post fata dies non finit vlla mori.

Ex libris eius M. Caspar Gottschling, vicinæ vrbs Rector, Amicus noster
(vide Res Præceptorum Neo-Brand. p. 30.) notat *Methodum Astrologiæ* cet.
Auctor Misc. Obs. recenset eiusdem *Sterbe-Büchlein* cet. pie & doctè scri-
ptum. Et in nostrâ Bibliotheca seruatur Tractatus de s. Angelis & malis Spi-
ritibus conscriptus in gratiam studiosorum. Addita est breuis enarratio Pl.
34. quem tractatum obtulit Senatui Palaeopolitano 156. Xenoli loco. Qui-
bus accenseri potest: *Oratiuncula de Contagio scripta & recitata* in hono-
rem sacri Nuptialis Clarissimi & Ornatissimi Viri, Nobilitate stemmatis, Do-
ctrina & Virtute præstantis, *Domini de Breddow* cet. Praepositi Eccles.
Cathedralis Brandenburg. ac Nobiliss. & Pudiciss. Virginis, *Magdalénæ de la-
gouu*, 1564. constans forte ex 6. plag.

§. 4. Quidquid id est, ad nostram urbem accessit & Ecclesiae Scholaeque Ephorus constitutus est 1599. vbi etiam primam vxorem immatura morte sibi creptam 1604. non leuiter doluit. Patet hoc ex epithalamio, quod in secundas eius nuptias confecit *Ioachimus Decker*, Scholae Patriae Salderianae (vt scribit) Collega *Quartus* & Nobilium Stipendiariorum ibidem priuatus Praeceptor, postea Diaconus, cuius initium hoc est:

Sic hei! flebilibus, Verende Mystes,
 Praeclarae Sophiae decus verendum,
 Primam morte Tuam modis ademptam
 Vxorem spacium integri per anni
 Planxisti bene.

Adiunxit autem sibi alteram coniugem, *Elisabetham Bardelebiam*. Consulis in hac vrbe relictam filiam, quod vota Collegarum & Amicorum docent in praemisso titulo 1605. ad 6. Non. Sept. (c) Ex his non incondite ad nomen eius adludit *M. Ioannes Sarcopoeus* (*Schlechter*) Saldriae nostrae Con-Rector. Vide & iudica:

ἦ gnatum notat, & ἄλλεῦ bellum sonat, inde
 Et gnatu belli Barptolomaeus erit.
 Sic bene multoties cum rebus nomina quadrant,
 Et faciunt causam, quo bene nosse queat.
 Talis erat quondam Diuino Numine plenus,
 Nomine praedicto nomen & omen habens,
 Christi bis senos electus Apostolus inter,
 Gentibus instillans mystica verba Dei.
 Digna Tuo semper gessisti nomine, Sponse.
 Idque Tuus monstrat, Mysta Verende, labor:

Im-

(c) T. III. Schol. n. 8.

Impauide tradis Diuini dogmata verbi,
Hinc belli & gnati nomen & omen habes.

§. 5. Inter gratulantes etiam fuit *Bartholomaeus Elerdi*,
Past. VVusterhusanus, Sponsum affinem suum & ami-
cum in terris optimum appellans: cuius *Homo tentatus*
eiusque ex verbo Dei victoria quum prodiit VVittebergae 1605.
de eo *ἐπικαλλινίσιον* cecinit Crugerius, Graecis versibus,
quibus delectatus esse videtur, (nam praeter alia vesti-
gia in *Ideam* quoque *Dispositionum Euangelicarum* M. Martini
Nöfsleri Conc. & Conf. Berol. Aulici ita scripsisse gratu-
labundum reperio) compositum atque huic opusculo
praemissum. Filius Bartholomaei Elerdi, (vt hoc in-
feram) Nicolaus nomine, nostram prae ceteris scholam
frequentauit & post alios denique Praepositi & Inspe-
ctoris Berolinensium honores accepit. (f)

§. 6. In primo coniugio suscepit varios liberos.
Nam *Tobias Ieradius*, Ecclesiastes Palaeo-Brandenb. (g) (de-
natus in *Bezendorf* 1612. quo concesserat Pastor 1609.)
in votiuo carmine suo loquentem sub nomine *Eusebii*
cum *Bulargyro* ita inducit:

Nouisti mea fata tori, quod coniuge rapta
Funere solus agam, viduo iadeamque cubili,
Quod durum est. *Proles mihi multa & parua*, domasque
Ampla, regundo cui non deditus artibus est vir. Ne-

(f) Vid. Ioannis Bercouii V. D. M. ad Diuum Nicol. concio in beatum
eius obitum. Et S. R. Porstius in dem zweyten Anhangе seiner Introducti-
ons-Predigt 1715. gehalten am Sonntage Laetare.

(g) Cf. deo plura *Kurze Nachricht von dem Ursprung und Fatis der*
Salderischen Schulen per Schlichtium nostrum p. 59.

Neque tamen de posteris eius sigillatim quidquam constat, praeterquam quod IOACHIMI CRUGERII, filii ipsius nomen inuenierim in Catalogo eorum librorum, quos desiderauit Bibliotheca: quippe hic Tom. IX. Osiandri Paraphraseos Biblicae commodato habuisse refertur.

§. 7. Vitam placide posuit 1611. circa festum Ioannis Baptistae, vt saepe dictus Petrus Conouius memoriae prodidit, qui praeterea sic de eo iudicat: (h) *Vir quoad doctrinam sincerus, in officio diligens, in conuersatione apertus, interim multis sive tamen probabili causa inuisus.* Idem ille in libello rationum, cui expensa & accepta intulit, (i) pio in Crugerium animo consignatum reliquit: M. Bartholomaei Crugerii, *Weyland Pfarrherrn und Superintendenten allhier hinterlassene Kinder und Erben haben zu ihres seeligen Vaters Gedächtniß der Kirchen verehret Ioannis Caluini Opera in Pentateucham, Iosuum, Iobum, Prophetas maiores & minores, in Nouum Testamentum; Eius denique Epistolas, Tractatus & Responsa in 6. Theilen.* Cuius anima sit in benedictione! Atque haec de vita M. Bartholomaei Crugerii.

§. 8. De qua nunc ad propositum nostrum digredior, paucis explanandum, rogandosque omnes, quotquot fouent Seminaria Reipublicae iisque fauent, vt cohonestare illud honorifica praesentia sua & iuuentutis studi-

(h) Im Neuendorffschen Kirchen-Buche.

(i) In der Rechnung, so Conouius über der Bibliothec geführt.

studium augere haud dedignentur. Quandoquidem vero ex honestissimorum Ciuium numero multi sunt Eruditorum linguae h. c. Latinae rudes, & desiderio tamen eius cognoscendae rei, quam explicamus, flagrant: eo sermone, qui notus ipsis est, pace Doctorum, vtar, vt intelligant, quid sit id, de quo agatur.

* * *

Egen das nunmehr zu rückgelegte zweyte Jubel Jahr der theuren Reformation des seel. Lutheri haben unsere der Salderischen Schulen Alumni das schuldigste Gedächtniß derselben mit einigen Reden dankbarlich celebrirer/ und dabey die Ehre gehabt/ von vielen vornehmen und andern Personen gehört zu werden.

Nach solcher Solennität nahm mir zwar vor/ bey dem Beschluß obgedachten Jubel Jahrs von einer gleichmäßigen und dahin gehörigen materie wieder einen Actum zu halten: allein es fielen nach der Hand unwiedertreibliche Hindernisse ein/ daß es zu solcher Zeit damit nicht zum Stande kommen konte.

Und da wir nachgehends den 28. Jan. c. a. dazu ausgesetzt; welchen Tag wir ohne dem sonst ohne einige Schul Solennität nicht vorbey zu lassen pflegen (davon die Ursachen aus dem letzteren Gespräche zu vernehmen sind): so haben nichts desto weniger unvermuthete Begebenheiten uns das Ziel verrückt und bis hieher angestreckt.

Indessen ist es mit der materie bey dem ersten Vorsatz geblieben; zumalen da einige Scholaren mit ihren Elaborationen fertig waren/ und werden wir daher von dem Anwachs des Pabstthums nach der Reformation und der gesegneten Ausbreitung des Evangelii an einigen Orten sonderlich zu unseren Zeiten/ auch endlich zum Beschluß von den mancherley Zufällen und Begebenheiten der protestantischen Religion in der Mark Brandenburg vom Anfang der Reformation bis hieher folgender Gestalt handeln. Als:

b

Vor

Vormittags von 9. an treten Nachgesetzte auf.

1. Ioachim Wordenhoff / Prizwalcensis, welcher die merkwürdigste Fata des wahren Gottesdienstes von Anfang der Welt bis auf diese Zeiten erzehlet in lateinisch prosa.
2. Io. Erdm. Krüger / Corbusianus Lusat. stellet die nach der Reformation etablierte Auctorität und Vermögen des Pabstes / als des prä-tendierten Haupts der Kirchen vor in teutschen Versen.
3. Frid. VVilh. Lüdemann / Ceruecta Anhaltin. wird zeigen / wie man sich in den offenbahresten Irrthümern bestärcket und dieselbe noch mehr gehäuffet habe / in lateinisch prosa.
4. Franc. Sigism. Schadow / Zosfienis March. und Ioann. Christ. Graz / VVildenbruchienf. March. bewundern / daß so viele ungeveimte Histörjen im Pabsthum geglaubet werden / in einem teutschen Gespräche.
5. VVilh. Frid. Kellner / Badingensis Neo-March. erzehlet wie sie äußerlich nach und nach wieder um sich gegriffen und ihre Religion hin und wieder ausgebreitet / in teutsch prosa.
6. Ioh. Christ. Ludw. Geschen / Berolinenfis, führet die listigen Griffe und Practiquen an / durch welche man Land und Leute an sich ziehet / in lateinisch prosa.
7. Nicol. Frid. Eggeling / Halberstad. specificirt zum Theil die gewaltsamen Mittel / deren man sich bedienet / solche Religion zu erhalten und fortzupflanzen / in teutschen Versen.
8. Carolus Ernest. de Stranz / Eques Mefo - March. und Otto Sigism. de Holzendorff / Eques Vvero - March. machen dabey in einem lateinischen Gespräche Reflexion auf sich.
9. Io. Diet. Ludov. de Bröchern / Eques Prignic. Frid. VVilh. de Batten / Eques Magdeb.
10. Frid. de Stapeler / Eques Hildesheim. raisonniren teutsch miteinander darüber / ob es recht sey jemand zu einer Religion zu zwingen? und ob man nicht in der Papisstischen Kirche könne seelig werden?

10. Phil. Andr. Barth/ Berolin. erweist/ daß Evangelische hiezü manche Veranlassung und Gelegenheit durch ihr ungleiches Verhalten geben/ in teutsch prosa.

Nachmittags von 2. an lassen sich hören:


1. Christoph. Krusemarck/ Perleberga-Prignic. Er redet von der rechten und Göttr. gefälligen Methode, die reine Lehre fortzupflanzen/ in lateinischen Versen.
2. Samuel Anast. Töllner/ Hallensis Saxo, hält hiebey einen Nachruf/ in teutschen Versen.
3. Iac. Mauricius Hüselitt/ Stargard. Pomeranus, erweget/ ob keine Vereinigung der Christlichen Religions-Verwandten in Europa zu hoffen/ und mit welchem Effect bisher disfalls etwas tentirt worden/ in teutsch prosa.
4. Ioach. Schulze/ Leontinus und Dan. Dieter. Schütz/ Staffeld. Meso-March. befragen sich/ ob in einer Republic unterschiedene Religionen zu dulden/ in lateinisch prosa.
5. Frid. Böning/ Berolinensis, gedenket der gottseeligen Societäten in Engelland/ welche unterschiedliche vornehme Standes, und andere Personen aufgerichtet/ die Protestantische Religion und dero rechtschaffenens Wesen in und aufferhalb Landes zu befördern/ in lateinisch prosa.
6. Albertus Niegge/ Berolin. und Frid. Christoph. Fleischer/ Frisaccensis, melden von dem Ursprung dieser Societäten/ in lateinisch prosa.
7. Ioach. Henr. Grapengieffer/ Parchimensis, giebet Nachricht/ wie das Missions-Werck in Asien, so durch rühmlichen Fleiß und Eifer Ihro Königl. Majestät in Denmark angefangen und erhalten worden/ fortgegangen/ in teutsch prosa.
8. Bernard. Knabe/ Archangelopol. Mosconita, hält einen Nachruf in teutschen Versen.
9. Io. VIII. Trandorff/ Lips. thut die sonderbahre Begebenheit der protestirenden Religion in der Mark Brandenburg hinzu/ in teutsch prosa.

10. Ioann. Christ. Wilcke / und
Mich. Gottlieb Lasse / Palaco - Brand. melden die Ursachen / warum
man diesen Actum auf den 28. des verwichenen Monats Januar.
haben halten wollen / auch denselben Tag künfftig im Augenmerk
haben werde / in teutsch profa.

Gleichwie ich nun versichert bin / daß sich unsere Schule unterschiedli-
cher vornehmer Söner / auch sonst geneigter Freunde und Wohl-
gesinnter Bürger Liebe und Gewogenheit zu erfreuen hat / denen göt-
liche Ehre und die Wohlfahrt des Vaterlandes / so auf eine Christli-
che Erziehung und gute Unterweisung der studirenden Jugend ohne
Widerspruch gar sehr beruhet / vor Augen gestellt ist: also stehe auch
in der gewissen Hoffnung / ich werde keine Fehlbitte thun / wenn Die-
selbe hiemit respectiuo gehorsamst und freundlichst ersuche / solche Affe-
ction bey unserer vorhabenden Schul. Übung mit ihrer erwünschten
Begenwart zu bezeugen.

Wir werden uns sammt und sonders sothaner Gewogenheit höch-
lich verbunden achten / und der Hochste / dessen Werkstätte und Pflanz-
garten die Schulen sind / wird die hierunter bewiesene Liebe in eine
gnädige Gefälligkeit nehmen.

Was aber diejenige anbelanget / welche mit allerhand ungegrün-
deten Meinungen und schädlichen Vorurtheilen von unserer Schule sich
tragen / deren größte Stütze theils eine sträfliche Nachlässigkeit ist / weil
es sonst hier heißen mag: Komm und siehe es! theils eine unvermein-
te Unwissenheit / da sie Schul. Sachen und die dahin gehörige Anstäl-
ten zu beurtheilen nicht capable sind; oder die alles mit neidischen Au-
gen ansehen und weder sich selbst / noch andern was gutes gönnen;
Deren Aussehen bleibt uns um so viel leidlicher seyn / je weniger
wir daran Schuld zu seyn gedenken. Altstadt Bran-
denburg den 16. Februar. 1719.







Ja 30/11

St

Witt

1777





B.I.G.

Farbkarte #13

45

Q. D. B. V.
DE
INCREMENTO
PONTIFICIAE RELIGIONIS
Post
REFORMATIONEM

&
EVANGELICAE VERITATIS NOSTRIS
MAXIME TEMPORIBVS FACTA PROPAGATIONE &
AVGMENTO, EIVSque IN MARCHIA FATIS
Lycei Salderiani, quod Palaco-Brandenburgi est,
nonnulli Ciues dicent

D. 17. Febr. horis ante & postmeridianis in Auditorio maiore,

Quorum conatibus
vt beneuola Sua praesentia
faueant,

PATRONOS & AMICOS,

Officiose & perhumaniter rogat

VITAMque

SEPTIMI PRAESVLIS LUTHERANI

M. BARTHOL. CRVGERII,

breuiter exponit

IOANNES CASPARVS CARSTED,

V. D. M. & Rector.

BRANDENBURGI, Litteris GERNEMANNIANIS

451

an.